

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Ebrietas ah  
cum fonte primo

Certe detegit omne uicium ebrietas et incendit.

Vbi possedit animum nimia uis uini,  
quicquid mali latebat, emergit;  
non facit ebrietas uicia sed protrahit.

Tunc inpudicus morbum profitetur ac publicat;  
tunc petulans non linguam, non manum continet.  
Crescit insolenti superbia, crudelitas saeuo,  
malignitas liuido; omne uicium taxatur et prodit.

Seneca ibidem (LXXXV. epistola).

Omne vitium ebrietas et incendit et detegit,  
obstantem malis conatibus verecundiam removet;  
plures enim pudore peccandi  
quam bona voluntate prohibitis abstinent.

Ubi possedit animum nimia vis uini,  
quidquid mali latebat emergit.

Non facit ebrietas vitia sed protrahit:  
tunc libidosus ne cubiculum quidem expectat,  
sed cupiditatibus suis quantum petierunt  
sine dilatione permittit;

tunc inpudicus morbum profitetur ac publicat;  
tunc petulans non linguam, non manum continet.  
Crescit insolenti superbia, crudelitas saeuo,  
malignitas liuido; omne vitium laxatur et prodit.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae  
morales*, 83.19-20 (L. Reynolds ed., vol.1,  
pp.282-3, ll.29-31, 1-8).